

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

LXVIII. Poëtarum à mendacii ignominia defensio, quod Poësis non sit
mendaciorum cento, sed veritatis involucrum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38994

240 POETAS NON ESSE MENDACES.

citarit, & impulerit quo veller? Nullus profecto, nisi qui lapides sentire arbitratur. *Hic converte orationem ad rerum naturalium venatores, & naturam investigatores,* & quare ab illis an cum veritate habeat commercium si quis putet saxa sensu vigere.
III. *Ab auctoritate, PRIMÒ Platonis, qui monuit, ne quis Poëtam sibi faceret inimicum. Cur itaverò? quia, ut ait Horat. genus irritabile vatum, & quia Poëta falsissima eructat, clarè obstat epit, & omnem bilem chartis illinit.* *SCCUNDÒ Proverby, quod usurpat Aristoteles in Metaph. Poëtas multa mentiri, quod ipse Horat, confirmavit verum esse cum cecinit.*

— *Pictoribus atque Poëtis*

Quidlibet audendi semper fuit aqua potestas.

Hunc locum amplificaturus digredieris in laudem Proverbiorum, dicesque; quod Proverbii tota ferme prisorum Philosophia continebatur, proinde columnis ac marmoribus passim insculpta videbantur, tanquam veritatem exprimerent, & memoria immortali digna essent.

In PERORATIONE monebis studiosos, ne artē hanc mentiendi discant.

LXVIII. POETARVM A MENDACIIS
ignominia defensio, quod Poësis non sit mendaciorum cento, sed veritatis inuiculum.

IN EXORDIO inueheris in mendacium, quippe quod maxima importet generi humano damna, quo vitio si se conraminarent Poëtæ, ut ii ex hominum societate exterminarentur auctor esses, & adiutor: verum cum eos mentiri minimè sit verum, ab eis ignominia ipsos te defensurum significabis, adversariique dictis responsurum.
I. *Dixit eos mentiri, qui fingunt, & fingendo am-*

Vide Caliu

pli:

plificant. Verum tu dices, eum duntaxat mendacem existimandum esse; qui singit aliquid, ut falsat, laetatur, & impertitos in perniciosum inducat errorē; nō eum, qui rē ipsam excogitata amplificatione exprimit, & enucleat, magna cum utilitate audientem oblectans. Quod mun⁹ cum Poëtæ scipient, veri & dici, & haberi debent. Etenim nequaquam mendaces putandi sunt, qui certam & geramanam veritatem fabulis aptè compositis explant, & omnibus oculos ponunt. Illustra simil.

quam habet Osor. libr. 4. de Institut. Regis. Quemadmodum pictores, cùm rerum imagines adumbrāt, & illustrant coloribus, mendaces habendi non sunt; nec enim id faciunt, ut veras res existimem⁹ esse: ita cum Poëtæ aliquid versibus depingunt, cùm non id agant, ut nobis quod scribunt verum esse persuadeant, sed ut veritatis ipsius imaginem, vel potius veritatem fabulis cōclusam oculis subjiciant, minime vanitatis iutimulandi sunt;

II. Ostendes quantum veræ doctrinæ habeant fabulæ ridiculæ enarratæ. Ovidius per fabulā Deucalionis & Pyrrhæ significat quosdam mortales adeò agrestes, adeò ferōs & duros esse, ut jure dici possint ex lapidibus orti. Proba: Nonne adamante duriiores sunt quicunque in Obris (ut habet proverbium) venantes, nihil nisi compotationes meditantur, qui nunquam quiescunt, nisi aqualiculum ad extremam gulam vino fartum atque instar tympani turgidum distentumque præsentantur? verissimum esse illud: Plures crapula perire, quam ferro. *Alia vitia enumerabis, quibus seplerique hominum inquinant, nec tamen monentes audire volunt, tanta est eorum durities.*

Poëtæ doctissimè fictis fabulis memoriarē prodiderunt, quemadmodū Orpheus & Amphion cantū silvas, feras & saxa in unum locum pertraxerint, quo significant, tantorum virorum industria

Pars I.



mul-

*in Antiquis
lect. li. 4. c. 1.*

Horat. l. 2.

epi. I. 65. te-

nerum, &c.

Graci ab ip-

so primordio

teste Strabor-

ne, suos libe-

ros in Poesi

erudiebant.

Lege My-

thologos, in-

ter quos ex-

cēllis Natalis

Comes.

242 POETAS NÓN ESSE MENDACES.

multitudinem agrestem & dispersam in civitatem
congregatam, & ex immani vita ad humanitatem
& civiles mores deductam fuisse.

Cic. pro Ar-
chia Poeta
vocat san-
ctos. Plato. 2
de Rep. Deo-
rum filios

Plato cum monuit, ne quis Poëtam sibi faceret
inimicum intellexit Poëtam lascivum & crimi-
natorem, qui quadruplatur & profiterur, & facti-
tar, facinorosè innocentissimos infestando, qui
non ex civitatibus solum, sed ex totius terræ fini-
bus ejiciendus, & exterminandus est.

Vbi argumenta adversarij everteris, ad ipsum con-
vertenda erit oratio, idemq; interrogandus, num adhuc
insentientia persistat. Post amplificationis causa laudibus
extolles Poëtas.

In PERORATIONE excitabis studiosos, ut Poëtas pe-
tulantes & impuros pessundent, honestos vero &
graves, tanquam veritatis amantissimos colant.

LXIX. CORPORIS BONA IN VTRAM.
que partem ut vel maxime noceant, vel
prosint, habere par
meritum.

IN EXORDIO reprehendes eos, qui intemperie qua-
dam acti quidvis contemnunt, si alicujus delicti sub-
inde prabere videatur occasionem. Mirificè mihi sem-
per eorum placuit consuetudo, qui de re quavis
non ante sententiam ferendā putant, quam perspe-
xerint quem in finem ea sit comparata, aut inven-
ta, minimè vero se mihi probat temerarium, &
imprudens quorundam quidvis traducendi con-
siliū, quod incommodorū nonnullorum sit oc-
casio: quales & quæ corporis dicuntur bona, quod
iis nonnulli sint abusi, nacta sunt immerito censu-
res, quos si brevi oratione refellerē, Corporisque
bona in libertatem assererem, & quemadmodum
noceant, quemadmodum prosint, monstrare,
arbitratus sum me abs re non esse facturum, Ve-
striū erit A. pro ea, qua estis humanitate, de re velut
dome-